DE PRIMORDIIS ET INCREMENTIS RERUM MUNICIPALIUM GERMANICARUM.

DISSERTATIO HISTORICO-CRITICA

QUAM

VENIA ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI

CUM

VITEBERGENSI CONSOCIATA

SUMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBUS

RITE IMPETRATIS

III. CALENDAS SEPTEMBRES A. MDCCCLXII

HORA XII

UNA CUM THESIBUS

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

ERNESTUS FRID. MAXIM. LAMBERT

BORUSSUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

G. A. KARO, PHIL. DR. PAED. REG. COLLEGA.
H. TH. TRAUTMANN, PHIL. DR. PAED. REG. COLLEGA.

HALIS SAXONUM,

TYPIS ORPHANOTROPHEI.

VIRO

ILLUSTRISSIMO

HENRICO LEO

PRAECEPTORI DILECTISSIMO

D. D.

SCRIPTOR.

De primordiis et incrementis rerum municipalium Germanicarum.

Duo sunt anni cum universitatis Fridericianae Halensis cum Vitebergensi consociatae amplissimus philosophorum ordo certaminis literariae causa in medio posuit quaestionem historicam hancce: „Rerum municipalium per Germaniam primordia exponantur earumque incrementa usque ad annum 1232 describantur ita ut cum omnes de hac re virorum doctorum controversiae tum vero maxime subtilis Nitzschii argumentatio Ministerialität und Bürgerthum, Leipzig 1859 respiciantur."

Haec mihi ordinis amplisslmi propositio, quippe qui antea in noscendis comparandisque veterum civitatum formis et statibus lubentissime essem versatus causa erat ut rebus municipalibus medii aevi quae in civitatibus inprimis Germanicis fuerint operam navarem.

In certamen quidem dissertatio mea quippe quam usque ad terminum ab ordine constitutum nequirem conficere non iam potuit venire idque mature vidi nec vero ea desistendi ullo modo mihi in mentem venit cogitatio. Obstabant autem quominus ad illud tempus conficeretur commentatio et rei ipsius quae inter scribendum crescere videbatur magnitudo

ac difficultas et quod aliquantum a quaestione ab ordine proposita abscesseram.

Ratio enim quam secutus sum haec est. Cum multi viri docti de rebus munibipalibus nostris scripserint, quorum controversiae erant spectandae primum eos, quos quidem noscendi mihi copia facta erat, uno tenore enumerare et argumentationes eorum paucis describere institui. — Quo modo cum viam mihi ad ea quae sequerentur munirem nec tam facile quidquam maioris momenti potui praeterire et viri docti quemadmodum inter se differrent et quae omnino de rebus municipalibus unus quisque existimasset et quatenus quisque meo quidem iudicio rem promovisset melius appariturum arbitrabar quam si quo loco res singulas pertractarem eo solo loco quae quisque probaret referre voluissem. Praeterea hanc disserendi viam persecutus multas facillime repetitiones potui evitare, quamquam haec est rerum municipalium conditio et natura ut de quibusdam rebus non uno loco agi sed easdem saepius commemorari sit necesse, cum nexus aut perspicuitatis ratio iubeat. Saepissime autem, quod accuratius et certius erat, ipsa virorum doctorum verba in hac potissimum dissertationis parte attuli, ne cui eorum iniuriam offerre vel quae non senserit imputare viderer, et cum quae optime viri docti dixerint eadem ego deterius dicere dubitarem.

Porro suam quamque urbem praecipuam quodammodo habere historiam, cum in singulis civitatibus multarum rerum semper diversitas exstet neminem certe fugere poterit; quapropter exquisitius si quid de rebus municipalibus efficere volumus civitates quae quidem maioris esse momenti cognoscantur singulas consideremus videtur necesse; quamquam diversitas illa licet oporteat agnosci tamen in omnibus civi-

tatibus nostris medio aevo et maxima institutorum statuumque invenitur similitudo, et ad internam maxime historiam quod attinet in universum haud dubie unus idemque fuit rerum processus. Et iam eo non videbatur opus nec consentaneum, quod omnino fieri nequibat, omnes maiores civitates singulatim pariter copiose tractare, sed unam in medio quasi positam accuratius considerari, unde profectus ceteras cum ea comparandas brevius persequerer, optimum duxi.

Inter eas autem civitates quae ad cognoscendas res municipales maximi sunt momenti longe primum obtinet locum civitas Ubio-Agrippimensis. Quare hanc copiosius ceteris tractare decrevi. In historia vero huius civitatis annus 1232 non ita memorabilis est, ut ibi narratio incidi commode vel abrumpi possit. At contra historia Agrippinensium medio aevo i. e. usque ad a. 1794 (ad hoc enim tempus Coloniae medium aevum pertinet) optime mea quidem sententia in tres dividitur partes, quarum prima pertinet usque ad a. 1075, altera usque ad a. 1396, tertia inde usque ad a. 1794. Atque omnino similiter in historia civitatum nostrarum si modus regiminis et gubernationis spectetur tria tempora possunt distingui: id quo *μοναρχοῦνται*, alterum quo *ἀριστοκρατοῦνται*, tertium quo *δημοκρατοῦνται* (Conf. Gaupp deutsche Stadtrechte, Berlin 1851. I. p. XXXI). Quae cum ita sint historiam civitatis Coloniensis usque ad id tempus persequi volui, quo incipit *δημοκρατεῖσθαι*, i. e. usque ad a. 1396.

Totam vero commentationem in tres partes ita distribui ut primum viri docti quae de rebus municipalibus nostris, inprimis de primordiis earum proposuerint componerem nec non quid mihi de hac re videretur in commune significarem; deinde singularum civitatum Germanicarum, quae quidem

maioris fuerunt momenti inprimis Coloniensis; persequerer historiam, postremo paucis illa complexus rerum municipalium primordia et incrementa in universum ac regum quae ad eas fuerit ratio breviter adumbrarem.

Ceterum quod egregie Fr. Aug. Wolfius in arte critica et in vero quaerendo distinguendum esse censet: verum et certum, verisimillimum, probabilem coniecturam, quod non conjicere sed divinare liceat, quod solis hariolis relinquendum sit (orat. pro Marc. praes. p. 7) et ego quam maxime studebo distinguere atque id praecipue agam ut quae vera se praebent et certa idoneis probem argumentis et ab illis rebus quae verisimiles tantum apparent quam accuratissime potero decernam; quae coniici possunt et divinari nonnisi ut coniecturas et divinationes afferam, quae autem solis hariolis relinquenda sunt praeteribo.

I.

ἄρχον δὲ φύσει καὶ ἀρχόμενον.

Aristot. pol. I. 1. 4.

Cum satis mature de nobilitate Germanica viri docti multa scripsissent (Caspar Lerch de Durnstein: Sacri Romani imperii nobilitatis Caesareae immediatae antiquitas, dignitas, libertas et iura 1628) rebus municipalibus nostris multo diutius deerant scriptores, nec, nisi in libris quibus universa imperii historia tractabatur, mentio earum fieri solebat. At vero singulas civitates omnes fere iam medio aevo scriptores suos aut annalistas certe habuisse, qui quae digna viderentur commemoratu memoriae traderent, et maxime tum clericos de historia bene meruisse satis notum est. Inprimis hoc loco commemorari possunt „chronica regia“ vel „chronica Godefridi Coloniensis“ (usque ad a. 1237 p.) et notus G. Hagenii libellus (usque ad a. 1272 p.), praecipue autem liber memorabilis qui inscriptus est: „Chronica van der hilliger stat van Coellen“ anno 1499 in lucem editus, nec civibus nec archiepiscopo satis probatus, cuius auctor statim ex urbe fugere coactus est. Nec vero cum in omnibus fere civitatibus episcopalibus iam dudum inter episcopos et cives magnae intercessissent controversiae, mirandum est quod libris et commentationibus, quae quidem maioris momenti de singularum civitatum historia et conditione scribebantur, saepissime id praecipue agebatur, ut iura episco-

palia legitima esse et inde ab initio semper valuisse demonstraretur. (Apologie des Erzstiffts Cölln wider Burgermeister und Rath der Stat Cölln, Bonn 1657. — Securis ad radicem posita p. Bossart. Bonn 1687 et 1729. — Schannat historia episcopatus Wormatiensis 1734. — Gudeni codex diplomaticus 1743. 1768.) At contra cives libros curabant scribendos, in quibus iura sua ac libertates defenderent et ad omnium rerum principium aut certe ad Iulium Caesarem, si fieri poterat, referrent, episcopos autem iniuste semper libertates civitatum circumscribere studuisse contenderent. (Moritz, Historisch-diplomatische Abhandlung vom Ursprung derer Reichsstädte, insonderheit von der allezeit unmittelbaren und weder unter Herzoglich und Gräflich noch unter Bischöflich weltlicher Jurisdiction jemals gestandenen freien Reichsstadt Worms, denen offenbaren Irrthümern und Zudringlichkeiten des Schannatz in seiner bischöflich Wormsischen Historia entgegengestellet. 1756.) Sed tamen etiam libri inveniuntur qui non tali consilio, ut iura quaedam iis probarentur vel defenderentur, sed rei ipsius causa ut historia civitatum adumbraretur aut res municipales explanarentur scripti sunt, quorum in numero Hammii dissertatio „Respublica Ubio-Agrippinensis, ab urbe condita dissertatio historica Colon. 1747" et Moeseri opus clarum, quod inscripsit „Osnabrückische Geschichte 1768" sunt habenda.

Deinde motibus Gallicis, praeclaris, ut ita dicam, cogitationibus anni 1789 multisque commutandae reipublicae consiliis et experimentis, motibus porro et seditionibus, quae inde ab illo tempore novos etiam atque etiam civitatum et regnorum status adduxerunt, id certe effectum est, ut ad describendas civitatum formas et ad tractandam historiam urbium animus virorum doctorum magis inclinaret. Inprimis hoc loco laudandus videtur N. Kindlingerus, qui in opere quod inscriptum est: „Münsterische Beiträge zur Geschichte Deutschlands, tom. II. Münster 1790" p. 203 — 258, prudentissime in universum et peritissime, ut tempore illo, de urbi-

bus Germanicis disseruit. Duo Kindlingerus civitatum genera distinguit, veteres urbes et novas. „Die ersten Veranlassungen, inquit, der alten Städte waren ein geistliches Stift, ein Missionshaus, eine feste Burg, eine Ueberfahrt bei einem Flusse u. s. w., hauptsächlich die Münster bei den bischöflichen Hauptkirchen" p 204. Et infra p. 206 sq.: „Der hierdurch bei der Hauptkirche so anwachsende Marktflecken bestand durchgehends aus zwei besondern Theilen, dem beschlossenen nämlich und dem unbeschlossenen. Unter jenen gehörten der Bischofshof und der Münsterplatz, unter diesen aber alle Wohnungen, welche außerhalb der Dom= oder Burgmauer errichtet waren. — Solche bischöfliche Burgen waren mit des Bischofs Dienst und Lehnsleuten besetzt, die man der Burgdienste halber Burgmänner nannte. In Nothfällen zogen sich die außerhalb der Mauer wohnenden Leute in die Burg zurück und halfen dann auch gewiß Burgdienste verrichten. Man mochte sie vielleicht dazumal Pfahlbürger heißen zum Unterschied der in der Burg wohnenden Bürger oder Burgmänner. Es währte aber nicht lange, so umzog man auch den unbeschlossenen Stadttheil mit einem Graben und mit einer Mauer. Nun machte dieser mit der bischöflichen Burg und dem von langer Zeit her befestigten Domhofe nur eine Stadt und zwar eine befestigte Stadt aus." Mox divitiis crescentibus cives urbanum iudicium sibi cupivisse. „Ihr Wohlstand gab ihnen die Mittel, ihren Wunsch zur Wirklichkeit zu bringen, und die Geschichte sagt uns, daß es geschehen sei, daß die Einwohner der Städte einen besondern Richter erhalten hatten, den man später, zum Unterschied des Hof= oder Bauerrichters, Stadtrichter nannte, und der von dieser Zeit an in der Stadt Gericht hielt und die Sachen mit dem Rechte, was ihm die Stadtbewohner wiesen, entschied" p. 212. Eodem illo tempore fines iudicii urbani terminatos et hos fines „Stadtbezirk, Weichbilds= oder Wykbeldsbezirk (von dem plattdeutschen wyken, weichen, und den Beldern, Bildnissen, wo die Gerichtsbarkeiten voneinander wichen)," nominatos esse vir doctissimus censet. p. 212. 215. Praecipue autem comme-

moranda sunt quae de pristina ac principali urbanorum conditione Kindlingerus dicit. „Bis hierher, inquit, waren die Einwohner Schutzgenossen des Hofherrn und des Heiligen, dem der Hof überlassen war. Da aber die Städte öfters auf den Grund von mehreren Haupthöfen erbauet wurden, und mit der Zeit jede Kirche in der Stadt Schutz gab und so mehrere Familien von Schutzgenossen entstanden, — so mußten deshalb, da die Heirathen zwischen verschiedenen Schutzgenossen in einer Stadt nicht wohl vermieden werden konnten, gewiß viele Irrungen zwischen den Bürgern und den Schutzherren entstehen. Nach Erwerbung des Haupthofes wurden sie selbst ihre Schutzherren, schafften sogleich diese Gewohnheit ab und erklärten sich als ganz freie Personen. Wo die Städte die Haupthöfe nicht an sich bringen konnten, da waren sie doch bemüht, von diesem Schutzrechte befreit zu werden" p. 239 sq. Nostro saeculo, cum interim Sartorius et de Savigny libros suos (Geschichte des Hanseatischen Bundes 1802. Geschichte des Römischen Rechts im Mittelalter 1815. I.) scripsissent; Eichhornius de rebus municipalibus instituit quaestionem. (Ueber den Ursprung der städtischen Verfassung in Deutschland. Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft I. 1815. p. 224 sq. II. 1816. p. 165 sq.) Duo in Germania urbium genera vir doctissimus distinguit, Romanas et non Romanas, atque in nonnullis prioris generis („in Cöln gewiß, vielleicht auch in Regensburg und in Trier") II. p. 216. instituta Romana magnam partem postea quoque perdurasse et nomine libertatis Romanae comprehensa esse contendit. Plurimas vero urbes iura sua et instituta a Colonia accepisse. p. 235. Ceteras, illis tribus, in quibus semper floruisset libertas, exceptis, postea demum, cum privilegiis Ottonum immunitates, quae iam antea in singulis fuissent, in totam urbem extensae essent, a iurisdictione comitum liberatas maiorem libertatem esse nactas et talem immunitatem ampliorem vel amplificatam „Weichbildrecht" (Weichbild unum idemque esse atque imaginem sancti, geweihtes Bild I. p. 224) nominatam esse. Porro „das

Weichbildrecht, inquit, hatte zwar ursprünglich die Natur eines erweiterten Hofrechts, aber es begründete zugleich durch die eigenthümliche Verbindung, in die es freie und unfreie Leute brachte, den allmäligen Uebergang dieser Verfassung in eine freiere, deren Vorbild diejenigen Städte wurden, welche das ius civitatis im älteren Sinne (libertas Romana) hatten. Jener Uebergang war schon zu Anfang des 12. Jahrhunderts bewirkt. Von dieser Zeit an ist Weichbildrecht oder ius civitatis wesentlich eins und dasselbe" (II. p. 223). Mox cum ita homines liberi et servilis conditionis coniuncti essent, consilia (Stadträthe) ubique instituta esse in civitatibus eaque iam IX. seculo cognosci posse arbitratur (l. l. II. p. 165. 224). Praeterea in omnibus urbibus Romanae originis vetus ordo decurionum nomine „Hausgenossen" perdurasse et iura quaedam, inprimis curam publicae securitatis („zwar nicht als Gemeinderecht, aber vermöge des ihm nach dem Hofrecht zukommenden Vorrechts, daß die herrschaftlichen Beamten aus seiner Genossenschaft genommen werden mußten") retinuisse Eichhornio videtur II. p. 216. Item officia et collegia opificum partim quidem a iure curtis partim, a Romanis ducit (II. 196. nota 212). Itaque in urbibus et liberas communitates (altfreie Gemeinden) fuisse et homines iuri curtis subiectos, illasque ab episcopis amplificato iure curtis plus minusve oppressas esse statuit. („Alle Stadtrechte — hatten einen mehr oder minder starken Zusatz von Hofrecht, am wenigsten die in den großen Deutschen Villen, am meisten die in den ursprünglich Römischen Städten, wo die Curie ihre Freiheit verloren hatte") II. p. 233. Haec autem Eichhornii argumentatio Kindlingerum non movit, ut suam de prima urbanorum conditione opinionem mutaret. Dicit enim in libro quod inscribitur „Geschichte der deutschen Hörigkeit" (Berlin 1819) haec: „Ursprünglich bestanden die Bewohner der alten Städte aus lauter Hörigen, theils Haus- theils Schutzhörigen, obgleich auch wirkliche Hofbesitzer sich unter ihnen befinden konnten," p. 29. et infra eadem pag. „die Bürger in den Städten erschienen später, erst dann, als die Bewohner der Städte

einen eignen Richter erhielten und eine eigne Stadtgemeinde ausmachteen, als man den Werth des baaren Geldes dem Landeigenthum gleich schätzte, als der Hof des Königs in einen Palast, der Hof des Bischofs, des Grafen u. s. w. in eine Burg umgeschaffen, — zur Besatzung und Vertheidigung der Burg die Diensthörigen, (Ministeriales) zur Vertheidigung der Stadt aber die Einwohner bestimmt, und diese hierdurch waffenfähig und selbständig wurden, folglich keines Vertreters oder Schutzherren mehr bedurften." Diu cives in urbibus opera civilia (Burwerk) facere, vigilare, fodere, varia dominis servitia servire coacti erant. „Freilich, inquit, versuchten sie sich denselben zu entziehen, und, wenn sie sich stark genug fühlten, wohl mit Trotz und Gewalt; manche aber, vielleicht sehr viele, verglichen sich lieber mit den Besitzern der Haupthöfe und gaben dafür eine jährliche Erkenntniß in Gelde oder kauften die Dienste ganz ab" p. 35. Notandum igitur, Kindlingerum nusquam in civitatibus inde ab initio liberas fuisse communitates censere. Alii contra viri docti quae Eichhornius exposuerat acceperunt aut similia proposuerunt, velut Gemeinerus, (Ueber den Ursprung der Stadt Regensburg und aller alten Freistädte 1817) qui mercatores potissimum Romanos iura sua ac libertates retinuisse contendit, Bodmannus, (Rheingauische Alterthümer 1819) Gauppius. (Ueber deutsche Städtegründung, Stadtverfassung und Weichbild im Mittelalter, besonders über die Verfassung von Freiburg im Breisgau verglichen mit der Verfassung von Köln. 1824). Gauppius, Eichhornium secutus distinguit urbes Romano-Germanicas et Germanicas (prooem p. XI). In illis Romana communitas aut libertatem suam obtinuit, velut Coloniensis, aut ad servitutem redacta est, velut Argentinensis (l. l. p. XV). Coloniae omnia fere instituta Romana fuisse ducit (p. 218. p. 360). De fraternitatibus quae ibi commemorantur dicit: „Diese Genossenschaften sind nur Fortsetzungen der alten Collegien oder ordines, deren es in Köln, wie in allen Römischen Städten, außer der Curie oder dem vorzüglich sogenannten Ordo gewiß eine große Anzahl gab" (p. 273. conf.

p. 275. nota 215). In aliis autem rebus cum Eichhornio dissidet. „Das Verhältniß, inquit, der Städte zur alten Gauverfassung kann nur aus einer doppelten Exemtion erklärt werden. Die frühere betraf die Befreiung von der Gewalt der ordentlichen Beamten, von der iudiciaria potestas, und diese traf das ganze Land ohne Unterschied; die zweite bezog sich nur auf einzelne Orte, die sich über das andere Land emporschwangen und so zu Städten mit einer besondern Verfassung, mit eigenthümlichen nur den in ihnen wohnenden Gemeinden zugestandenen Privilegien wurden" p. 20. Opibus enim divitiisque urbanorum effectum esse, ut inde a. X seculo multa iura, privilegia, libertates eis attribuerentur p. 73 seq. Itaque paullatim suos praecipuos magistratus esse nactos. („Mit dieser innern Entwicklung eines kräftigen vielgestaltigen Lebens hing ganz von selbst die Entstehung besonderer städtischer Obrigkeiten zusammen.") Vocem autem „Weichbild" ius urbis (Stadtrecht) interpretandum esse censet p. 98 et 106 (secutus in hac re P. Wigand. Geschichte der gefürsteten Reichsabtei Corvey und der Städte Corvey und Höxter. 1819. I. 2. p. 227 sq. et Haltaus. glossar. v. wic) cum „wic" unum idemque sit ac vicus et „bild" vel bill unum idemque atque ius. Praeterea iudicium „Witzichdinc", quod Coloniae fuisse nobis traditur, iudicium poenarum (Strafgericht) esse vult, cum Eichhornius (Hammium dissert. de rep. Ubior Agrippinensi §. LVI secutus) l. l. II. p. 185 iudicium sapientum scil. scabinorum („nicht Gericht einer gewöhnlichen Volksgemeinde, sondern nur ein Schöffengericht") vidisset. Consilia urbium vero (Stadträthe) X seculo non dum fuisse Gauppius sibi persuasum habet, p. 89 sq. neque instituta civium Magdeburgensium a Coloniensibus repetenda esse (id quod Eichhornius contendit) concedit. Nec minus de burggraviis cum Eichhornio dissendit. Ille enim burggravios praecipuum officialium genus esse vult l. l. II. 179, Gauppius contra burggravios a comitibus pagorum non diversos fuisse ducit („nur gewöhnliche Gaugrafen mit der rein factischen Eigenthümlichkeit,

daß ihr Gau entweder einzig oder doch hauptsächlich in einer Stadt bestand" p. 55).

Verbo burggravius nihil aliud significari quam urbis comes, (Stadtgraf) cum burgum unum idemque sit ac „Stadt." Ceterum huius Gauppii libri mox Eichhornius censuram scripsit satis acerbe, (Göttinger gelehrte Anzeigen II. a. 1826 nr. 126 p. 1252 sq.) nec vero quidquam novi attulit, quodquidem hoc loco commemorandum esset, nisi quod de iudicio „Witzigdinc" aliam quam antea sententiam proposuit. Dicit enim p. 1258 l. l. iudicium fuisse, quod certis diebus haberetur, ita ut unusquisque dies sciret: ea iudicia intelligenda esse, quae vulgariter „wissenhafte ding" appellarentur. Nec vero defuerunt qui hanc Eichhornii et Gauppii sententiam, Romana instituta in urbibus Germanicis perdurasse prorsus abiiciendam esse censerent. Inter eos, cum iam antea de Fichard librum suum egregium („die Entstehung der Reichsstadt Frankfurt am Main und der Verhältnisse ihrer Bewohner. Frankfurt 1819"), quo iam Gauppius usus est, edidisset, et Leo res municipales Longobardorum explanavisset, (Entwicklung der Verfassung der Lombardischen Städte bis zur Ankunft Kaiser Friedrichs in Italien. Hamburg 1824) primo loco enumerandus est K. D. Huellmannus, qui in duobus operibus (Städtewesen des Mittelalters I. Theil Bonn 1826 praecipue in tom. II. et Geschichte des Ursprungs der Stände in Deutschland I. Ausgabe 1817 II. Ausgabe Berlin 1830 p. 469—639) multa de rebus municipalibus eximie dixit. Recte quidem in universum de eo iudicasse videntur Tschoppius et Stenzelus, (Urkundensammlung zur Geschichte des Ursprungs der Städte in Schlesien und der Oberlausitz, Hamburg 1832) qui dicunt, multas quidem res singulas diligenter eum collegisse nec vero semper eas satis percipisse („weil er erstens sich nur an mancherlei Einzelheiten gehalten — und zweitens die ursprüngliche Bedeutung mit der spätern Entwicklung ungeschichtlich zusammenfaßt," id quod illis quoque interdum accidit p. 225). Quomodo de medio aevo in universum Huellmannus cogitaverit satis appa-

ret ex iis quae de ordine equestri scripsit: (Städtewesen II. p. 2). „So schalteten, inquit, in den schönen Ländern unseres Erdtheils ungebildete Grundbesitzer, nur gestimmt für Jagd und Krieg, verhärtet durch die knechtische Unterwürfigkeit einer Schaar von Leibeignen, roher noch als die morgenländischen Hirtenfürsten, da sie bei dem beständigen Umherziehn auf zerstreuten Landhöfen in ihren Gefühlen und Sitten wenig durch Familienleben gemildert wurden, dabei nicht selten von einem Aberglauben befangen, der nur beschränkter Geister sich bemächtigen kann," et infra p. 4 „Unrechtlich, unsittlich, unchristlich ist es im frühern Mittelalter hergegangen;" optimum vero quod addit: „mit dem Maßstabe des heutigen Rechts- und Sittenzustandes gemessen" quibus verbis ipse quomodo non iudicare debuerit indicat (conf. Ursprung der Stände praef. p. 111). Et liberos et non liberos homines inde ab initio in urbibus fuisse Huellmannus putat; (Städtewesen 197 Ursprung der Stände p. 469 sq. 479) atque sex hominum genera inter se diversa in eis invenit. Prima classis constabat ex agrorum possessoribus („die Landeigenthümer machten darin den Stamm der Bewohnerschaft aus"). Homines secundae classis („bestehend zwar ebenfalls aus Landbesitzern, die aber neben dem Feldbau Waaren- und Geldhandel, Goldschmiedekunst, Tuchweberei, Schifffahrt, Gastwirthschaft trieben") cives vocatos esse statuit. Tertium liberorum genus opifices erant, „die freien Handwerker" quos burgenses appellatos esse vult. Porro tria genera hominum servilis conditionis erant, ministeriales, „die Dienstmannen" coloni, „die landwirthschaftlichen Burgsassen," denique cetera multitudo, „die Schaar des Hofgesindes zu Handwerksarbeiten abgerichtet." Porro Romana instituta in civitatibus Germanicis perdurasse negat et quidem minime id de Colonia contendi posse dicit (Städtewesen p. 262, Ursprung der Stände p. 611). Consilia in Germania et in Italia eodem modo orta esse: ex iudicio urbis, ex scabinis cognovit. (Städtewesen II. p. 418. sq. Conf. 446 sq. „Die Entstehung des städtischen Raths ist demnach darein zu sehen, daß sich zur obern Leitung des Stadt-

wesens ein Ausschuß der Bürgerschaft entweder der Schaffer-behörde oder den herrschaftlichen Gerichts- und Verwaltungs-beamten zugesellt oder angedrängt hat. Ursprung der Stände p. 601). Vocem „Weichbild“ in priore opere (Städtewesen II. p. 207) „Stadtgebiet, Stadtmark“ interpretandum esse putat, (Bild unum idemque esse atque Ehre, Bann, Mark) in posteriore (Ursprung der Stände II. Aufl. p. 576) „Stadt-zeichen“ vel „Ortszeichen.“ Ad burggravios quod attinet duo genera statuit, unum comitum urbium, qui praesides fuerint iudicii urbani, alterum praefectorum militum, qui urbes defenderint (Ursprung der Stände p. 485). In Bavaricis civitatibus Romana instituta perdurasse Maurerus negavit, (Ueber die Baierischen Städte unter der Römischen und Fränkischen Herrschaft, München 1829) qui tamen id Gemeinero concessit, liberos in illis urbibus mercatores et opifices mansisse. Eodem anno 1829 alius vir doctissimus, C. W. de Landcizolle, de rebus municipalibus libellum edidit (Grundzüge der Geschichte des deutschen Städtewesens mit besonderer Rücksicht auf die Preußischen Staaten, Berlin und Stettin 1829). Tria in eo civitatum genera distinguuntur et quidem 1) eae quae liberam communitatem tantum continuerint, 2) quae domini cuiusdam vel dominorum fuerint, 3) mixtae, in quibus et communitas libera fuerit et pars curtium agrorumque domini vel plurium dominorum fuerint. Liberas autem in urbibus communitates diu cum pagis et comitibus pagorum cohaesisse contendit p. 12 sq. Eichhornium aliqua quidem ex parte sequitur, sed caute provideque de institutis Romanis loquitur et quatenus aut quemadmodum servata sint sciri non posse significat. praef. 6. conf. p. 10 sq. Bona ac possessiones regis, nobilitatis, ecclesiae inde ab initio e comitum iurisdictione exempta fuisse monet (immunitates) p. 15; id quod iam Eichhornius et Gauppius agnoverant. („Erweiterung also der ur-alten herrschaftlichen Exemtion oder Immunität bis zu dem Grade, daß diese alle Gewalt des Grafen und seiner Unterbeamten ab-sorbirte, ist Anfangspunkt der abgeschlossenen Localverfassung,

die Stadtrecht genannt wurde" p. 23). (Conf. Gaupp p. 86 seq. E. Montag, Geschichte der Deutschen staatsbürgerlichen Freiheit, I. p. 144. II. p. 190 sq. Eichhorn, Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte, 4. Auflage. I. §. 47. p. 286. Blumer, Staats- und Rechtsgeschichte der Schweizerischen Democratien, I. 1850 p. 58. Contra Roth, Geschichte des Beneficialwesens 1850 p. 35). „Weichbild" vero unum idemque esse ac „Stadtrecht" p. 39. Concilia civium non uno eodemque modo ubique orta esse ducit. In Romanis urbibus de antiqua curia cogitari posse, aliis locis consilium ortum esse e collegio scabinorum, aliis locis privilegiis mercatorum. Ubique autem consilium magistratum fuisse patricium (eine der Gemeinde gebietende, aristokratische Magistratur) cognovit nec unquam omnino in civitatibus nostris omnem penes multitudinem fuisse potestatem concedit. Denique fraternitates partim e collegiis opificum Romanis „partim ex iure curtis ortas esse vult" p. 38. Praeterea vir doctissimus recte monet cavendum, ne urbes brevi tempore a fundamentis fabricatas esse arbitremur p. 18 sq. Paullatim potius ortas esse neque origines plurimarum cognosci posse. Praecipue etiam eo de Lancizolle laudandus videtur, quod ab omni partium studio liber est, cum nec de oppressa urbium libertate lamentetur et eos vituperet qui ineptis immeritisque laudibus urbes extollant. Agnoscit enim civium studium, ut eius ipsius verbis utar, „nicht nur die Erweiterung der herrschaftlichen Gerechtsame zu verhindern, sondern auch die bestehenden Befugnisse des Herrn über die ganze Stadt oder einen Theil derselben einzuschränken oder ganz aufzulösen." „Ueberhaupt, ait, rangen die Städte nach möglichster Unabhängigkeit und Selbständigkeit" p. 49 sq. — „Das Resultat jener entgegengesetzten Bestrebungen ist im Ganzen für die Städte äußerst günstig gewesen. Recht und Unrecht ist dabei beiden Theilen wohl in gleichem Maße zuzuschreiben," p. 50. Tria omnino emolumentorum genera quae civitates nactae sint discernit. Primum enim iura dominorum deminuebant, deinde haec iura do-

minis adempta sibi assumebant, tum nova iura sibi acquirebant p. 50.

Ceterum notandum est et Huellmannum et de Lancizolle iam opere de Raumer egregio quod inscribitur „Geschichte der Hohenstaufen uti potuisse, in quo inprimis tom V. 1825 p. 270 sq. de civitatibus Germanicis earumque magistratibus. („Von der Obrigkeit, den Vögten, Bürgermeistern, Räthen, Freiheiten, Zünften" p. 274), multa recte dicuntur. Quamquam ad instituta singularum civitatum quod attinet: non satis de Raumer tempora definire videtur et res diversissimi generis ut similes componit.

Rem quae ad res municipales accuratius cognoscendas maximi est momenti tractavit W. E. Wilda. (Das Gildenwesen im Mittelalter, Halle 1831). Monet enim, iam mature inde a Caroli magni tempore in omnibus imperii partibus et in aliis quoque Europae terris societates, fraternitates, communiones, coniurationes, gildas, summa convivia orta esse.

Quarum coniurationum vel gildarum compluria distinguit genera: gildas ad libertatem defendendam initas („Schutzgilden, Altbürgergilden") gildas mercatorum, gildas opificum, gildas clericorum („Calandsbrüderschaften" etc.) atque praecipue primi generis gildas in omnibus civitatibus a primis civibus factas esse contendit. Nec mirum est virum doctissimum, quippe qui primus rem novam in universum recte cognoverit et tractaverit, longius iusto progredi et ibi quoque interdum ubi non sunt gildas videre. „Die Urbürgerschaft, inquit, der Stadt, die älteste aus einer Voll- zur Altbürgergilde sich umbildende Genossenschaft, blieb Jahrhunderte lang in demselben Verhältniß zur bürgerschaftlichen Behörde, wie sie anfangs zu derselben gestanden hatte" p. 155. „Die Stadt selbst der Inbegriff der Bürger war aber eine Art erweiterte Schutzgilde und nahm von den Formen dieser Genossenschaft manches an. Die Folge einer solchen errichteten communio war nun wohl auch, daß die übrigen Bürger einen gewissen Antheil an der Stadtverwaltung, soweit diese schon von den Bürgern und nicht von

dem Herrn der Stadt abhing, bekamen. (p. 171. conf. p. 194—228. Hüllmann, Städtewesen II. p. 237). Inprimis monetarii (Hausgenossen) secundum Wildam gildas inire solebant, et nomen „Hausgenossen“ quod primi domum gildae (ein Gildehaus) habebant aut familia domini erant iis indebatur, p. 196, et opifices, quorum communiones vel zunftae ex libertate oriebantur. „Die Zünfte sind nicht aus der Unterordnung und Abhängigkeit entstanden — aus der Freiheit des Handwerkerstandes sind sie hervorgegangen.“ p. 288 et 307). Ad dominos urbium quod attinet de episcopis dicit: „Sie, die Bischöfe, die zum Emporblühen der Städte, zur ersten Entwicklung städtischer Verhältnisse vieles beigetragen, wollten zwar blühende aber unter ihrer Obhut stehende, gesicherte Orte, nicht freie, nach Unabhängigkeit strebende Gemeinden“ p. 173.

Eodem anno 1831 quo Wildae liber prodiit etiam C. Iaegerus librum praestantissimum edidit, (Schwäbisches Städtewesen im Mittelalter. I. Theil. Ulms Verfassung, bürgerliches und commerccielles Leben. Stuttgart 1831) in quo de conditione civium Ulmensium eorumque magistratibus, inprimis scabinis et consulibus, et quidem in universum recte, disseruit. Commemorandum etiam G. A. Tzschoppii et G. A. Stenzelii opus (Urkundensammlung zur Geschichte des Ursprungs der Städte — in Schlesien und der Oberlausitz. Hamburg 1832). Continentur in eo praeter epistolas nonnullae commentationes doctissimae, quarum maxime huc pertinent duo, quae inscriptae sunt: „Einführung der Deutschen Statrechte in Schlesien“ p. 93—144 et „Entwicklung der alten städtischen Verfassungen“ p. 204—265. (Conf. etiam p. 178—203: „Gründung der Städte nach Deutschem Recht.“) Principes in illis regionibus plerumque per ministeriales vel nobiles suos novas civitates condidisse et ius quod veteribus quoque civitatibus dabatur in universum ius Germanicum appellatum esse demonstratur. Praeterea multae postea praecipuum ius Magdeburgensium nactae sunt. Maximum fere ius erat consilii habendi, quamquam initio provincia consiliariorum haud

haud magna erat. („Die ursprünglichen Rechte der Rathmänner beschränken sich (secund. Stenzelium), wie überhaupt in den deutschen Städten, (?) auf die polizeiliche Aufsicht zur Erhaltung der öffentlichen Ordnung") p. 237. Conf. Eichhorn. D. St. und R. Gesch. §. 243 u. 312. Iam hoc loco liber commemorandus est, quem A. de Fuerth de ministerialibus scripsit (die Ministerialen. Köln 1836), sed ea tantum hic afferam, quae in universum de civitatibus dicit. „In beständigem Kampfe, inquit, um ihre Freiheit und ihre besondern Rechte bildete sich die Stadtverfassung unter Genossenschaften freier Männer zum wechselseitigen Schutze. Wesentliches Erforderniß zur Aufnahme in eine solche Genossenschaft war Freiheit, und sowohl der Stand als die Verpflichtungen der Unfreien schienen unvereinbar mit den Verhältnissen eines Bürgers. — Bloß freie Leute wollten die Bürger in ihren Städten sehen, während die Herren ihren Ansprüchen an ihre eignen Leute nicht entsagen wollten" p. 173. Sed addit: „Von diesen allgemeinen Regeln gibt es sehr viele Ausnahmen. Die geistlichen Stiftungen, die einen Theil des städtischen Gebietes besaßen, hatten dort sowohl ihre eignen Leute als ihre Dienstleute. Je größer die Macht der Fürsten, in deren Gebiet eine Stadt lag, über dieselbe war, um so mehr war Dienstleuten die Aufnahme in dieselbe erleichtert, um so größere Vortheile wurden ihnen als Bürgern zugewandt. Indessen sind nicht alle Fälle, wo ein Dienstmann zugleich Bürger sein konnte, nothwendig aus dem Einflusse ihres Herren zu erklären, es konnten vielmehr auch aus freier Bewilligung der Stadtgemeinde oder aus eignem Antheile bei deren Begründung und andern Gründen Dienstleute an freien Gemeinden Theil nehmen" (p. 174 sq. 176—178). Ad consilia quod attinet haec dicit: „Wenn zur Ordnung der städtischen Angelegenheiten besondere Collegien niedergesetzt wurden, deren Wahl nicht ausschließlich von den Bürgern abhängig war, so wurde eine bestimmte Zahl Mitglieder aus den Dienstleuten genommen. War die Regierung in einer Stadt vom Landesherrn ganz abhängig oder hatte der Herr derselben Einfluß

darauf — so bestand die sich selbst ergänzende Genossenschaft, in deren Händen die Regierung der Stadt lag, wie aus einem Ausschuß der Vollbürger auch aus den herrschaftlichen Dienstleuten, welchen sogar eine größere Macht und mehr Einfluß auf die Stadtangelegenheiten bewilligt war" p. 179. Notandum est virum doctissimum in universum de prima urbanorum conditione Wildam sequi, cives et ministeriales distinguere, posteriora potissimum medii aevi tempora respicere.

Neque praetermittere possumus A. Zimmermannum, qui in libro quem inscripsit: Versuch einer historischen Entwicklung der Märkischen Städteverfassungen. I. Theil. Berlin 1837, de civitatibus inprimis marchiarum Brandenburgicarum prudentissime disputavit. Distinguit eas urbes quae ad occidentem sitae sunt, antiquiores, et eas quae ad orientem sitae sunt, quae magnum partem posterioris sunt originis. Illae paullatim ortae sunt („ganz allmälig und unvermerkt aus Königlichen Villen und Palatien, und erlangten ebenso allmälig, wenn sie äußerlich zu einer ansehnlichen Erscheinung herangewachsen waren, innere Selbständigkeit, indem sie einen Ring der Fessel nach dem andern löſten und die durch Herkommen begründeten Verhältnisse als anerkannte Verfassung geltend zu machen wußten" p. 14). Initio urbes illas a ministerialibus, colonis (hofhörigen Colonen) opificibus habitatas esse dicit. Ad hos mox alios homines accessisse et, cum in patrocinium regis se dedissent, homines regis (Königsleute) appellatos esse (p. 10). Participes fuisse una cum ministerialibus iudiciorum urbanorum ac reipublicae administrationis, sed mox divitiis opibusque auctos graves esse illis coepisse, ita ut ministeriales civitatibus exirent et ruri vivere mallent (p. 34). Deinde homines regis, magnam partem mercatores, communitates, coniurationes, societates (gildas) inivisse solosque rempublicam administrandam sibi vindicasse, p. 35. „Diese inquit, scilicet homines regis, traten nun als in sich abgeschlossene Innungen auf unter dem Namen Schöffenbrüderschaft, Richerzechheit (in Köln) Geschlechter, Altbürger-Gilde, und nahmen ausschließlich die Leitung des

Gerichts und der Verwaltung in Anspruch, ja sogar durch geschriebene Privilegien wußten sie das errungene Ansehen sich zu bewahren." Opifices initio servos fiscalinos fuisse vir doctissimus sibi persuasum habet. Ad alteras civitates, quae orientem versus sitae sunt, quod attinet, ante Henricum I. omnino nullas Germanorum urbes fuisse putare videtur (p. 7). „Bekanntlich, ait, entstanden die neuen Schöpfungen des großen Königs um Burgen, in denen die nach Wittekinds Erzählung durch das Loos bestimmten freien Bewohner des Landes hausten, und um welche das Bedürfniß der Burgmannschaft oder Bürger (burgenses ist der erste Name) nach und nach eine von Handel und Gewerbe lebende Bevölkerung an sich zog" p. 7. conf. p. 45. Alii principes etiam permultas civitates postea condiderunt, inprimis Saxonici, et nobiles eorum vel ministeriales, quibus civitatum condendarum cura committebatur, saepius munera scultetorum aut burggraviorum (praefectorum urbium) hereditaria obtinuerunt p. 16. 18. 24. Nec vero uno eodemque modo urbes marchiarum ortas esse docet. Urbes enim mediae marchiae e vicis ortas, antiquae marchiae urbes circum castra et castella aedificatas esse. „Die Altmark, inquit, war als Grenzprovinz gegen die heidnischen Völker angelegt und wegen des fortwährenden Krieges mit denselben durch Anlegung von Burgen mit Besatzungen ganz auf militärischem Fuße eingerichtet, wobei die alten slavischen Einwohner ganz vertrieben wurden" p. 20 sq. Plurimae civitates in regionibus quae ad orientum aut ad septentrionem spectant sitae ius Magdeburgense nactae sunt; multae, inprimis Pomeranicae, ius Lubecense. Consilia omnino in civitatibus ex collegiis scabinorum orta sunt. Ceterum Zimmermannum in libro suo conscribendo Stenzelii opere multum adiutum esse facile cognosci potest. Alium virum doctissimum, Doenniges, ideo hoc loco commemorare libet, quod postremus, quantum video, Eichhornii et Gauppii opinionem de Romanis civitatum nostrarum incolis et institutis haud dubitanter defendit. „Selbst für Deutsche, inquit, früher Römische Städte ist es gewiß, daß man in ihnen

noch während des 10. Jahrhunderts eine Römische Bürgerschaft und Römische Verfassung theilweise annehmen muß, so für Regensburg und wahrscheinlich auch für Köln" (das Deutsche Staatsrecht und die Deutsche Reichsverfassung. Berlin 1842. p. 246). Commemorandus etiam videtur Fr. Loeheri libellus quem inscripsit: „Fürsten und Städte zur Zeit der Hohenstaufen, dargestellt an den Reichsgesetzen Kaiser Friedrichs II. Halle 1846." De origine civitatum dicit haec: „Wir finden die städtischen Anfänge in einer Gemeinde von freien Hofbesitzern, welche im Uebrigen den andern freien Leuten völlig gleich, sich nur darin von ihnen unterscheiden, daß sie einen durch Handelsverkehr, frühe Befestigung, namentlich auch durch den Hofhalt eines Bischofs, Abts oder höhern Reichsbeamten ausgezeichneten Ort bewohnen" p. 11 sq. Praeterea memorabilia sunt quae p. 13 de magistratibus affert: „Bloßer Ortsbeamter, inquit, mit der Gerichtsbarkeit über Handel und Wandel und der niedern Polizeigewalt bekleidet, war in jedem Orte der Bauergraf, Bauer- oder auch Bügermeister." Optime profecto de rebus municipalibus meritus est C. Hegelius, qui, cum de rebus municipalibus Italorum (Geschichte der Städteverfassung von Italien seit der Zeit der Römischen Herrschaft bis zum Ausgang des 12. Jahrhunderts. I. u. II. Band. Leipzig 1847) opera quae de hac re Leo scripserat (Entwicklung der Verfassung der Lombardischen Städte bis zur Ankunft Kaiser Friedrichs in Italien. Hamburg 1824. — Geschichte der Italienischen Staaten. I. u. II. Theil. Hamburg 1829) secutus disseruisset, secundo tomo commentationem de Germanicis civitatibus adiunxit. Tria genera per Germaniam civitatum distinguit p. 416 sq. (conf. Huellmann. Städtewesen III p. 534 sq.) urbes episcoporum („bischöfliche und zwar sowohl durch die bischöfliche Kirche, welcher sie ihre Entstehung oder wenigstens ihr neues Emporkommen hauptsächlich verdankten, als durch die bischöfliche Hoheit, die sich in Deutschland ungefähr zu derselben Zeit und auf dieselbe Weise wie in Italien ausbildete"), abbatum et abbatissarum, urbes regis („königliche, welche ihren Ursprung von ansehnlichen Pfal-

zen des Königs genommen und sich daher unmittelbar unter der Vogtei desselben befanden") urbes principum („fürstliche, insofern sie aus herrschaftlichen Villen geistlicher oder weltlicher Fürsten entstanden oder auf fürstlichen Territorien durch neue Anlagen gegründet wurden"). Romanas communitates aut Romana instituta usquam in Germanicis civitatibus perdurasse prorsus negat. („Wir haben erkannt, daß die allgemeine Wurzel der deutschen Städteverfassung nur in der Germanischen Gemeindeordnung gefunden werden kann" p. 459.) Praeclare dicit p. 460: „Bringen wir nun damit die Römische Städteverfassung in Vergleichung, so bietet sich uns allerdings eine allgemeine Analogie dar, welche, indem sie ein zu Grunde liegendes allgemeines Gesetz menschlicher und stattlicher Entwickelung durchblicken läßt, dem Geschichtsforscher eine wahrhaftere Befriedigung gewähren dürfte als die zweifelhaften Spuren eines bloß äußerlichen, nur durch leblose Tradition vermittelten Zusammenhanges." Porro ad internum civitatum statum (die innere Verfassung) quod attinet duo genera distinguere videtur. „In dieser Beziehung, inquit, scheint es — hauptsächlich darauf anzukommen, ob sich in den Städten eine freie Gemeinde mit beständigem Schöffenthum von altersher erhalten oder frühzeitig gebildet hat, oder ob dies nicht der Fall war, sei es, daß die altfreie Gemeinde gänzlich unterdrückt worden, oder daß es ihr nur an einer beständigen Vertretung fehlte" p. 419. Urbes vero, in quibus semper liberam communitatem („mit selbständiger und bleibender Vertretung") fuisse vult, vir doctissimus quattuor affert p. 419 sq.: Coloniam, Magdeburgum, Francofurtum, Ulmam. (Postea solam Coloniam eum tenuisse videbimus.) Praeterea p. 424 sq.: multas alias urbes componit et de institutis earum disserit, id quod iam Huellmannus et de Raumer fecerant.

Iam ad alium virum de rebus municipalibus optime meritum venimus; F. W. Bartholdum dico, qui inprimis Hegelio multum debet. (Geschichte der Deutschen Städte und des Deutschen Bürgerthums I. Theil Leipzig 1850, II. Theil 1851).

Primo operis tomo res ducitur usque ad finem XII. saeculi („bis zur ersten Bildung gemeinheitlicher Freiheit — Gemeinderath"). Hoc temporis spatium in duas partes dividit, quarum prior (usque ad reges Salicos „bis zur Schließung des Weichbildes — Gründung des Weichbildrechts") multo longior est quam altera. Quid omnino sibi proposuerit ipse vir doctissimus dicit I. p. 6 („die Entstehung der städtischen Freiheit anschaulich zu machen, im Besondern des Entstehn und Erwachsen von etwa 300 deutschen Städten zur Gemeinheitsverfassung zu erzählen"). Sequitur in narrando quam maxime tempora, et cum multarum civitatum simul rationem habere velit et ab urbe ad urbem celeriter transiliat narrationem coloris varii ac concisam quodammodo ubique in partes fieri necesse erat. Ante VIII seculum in Germania urbes non fuisse existimat p. 9. Quomodo in universum urbes ortas esse et crevisse censeat ipse explicet: „Ein Dorf, inquit, ein Weiler, ein Königshof erhielt eine Burg, („von bergen, schützen, schirmen. Also Bürger ist der sich bergende, schützende") ein Kloster, ein Stift. — Die Wohnungen der unter solchem Schutz allmälich angesiedelten bilden eine Vorstadt; Privilegien für Märkte, Zoll, Münze kommen hinzu. — Andere freie Personen siedelten sich zur Betreibung des Handels und der Gewerbe auf dem Grundeigenthum der Hofherren an; sie bilden einen getrennten persönlichen Stand vor den übrigen Einwohnern. Geistliche Immunität oder weltliche Landeshoheit entscheidet, ob sie unter dem Grafengericht stehn, oder ob ein besonderes herrschaftliches Gericht an Ort und Stelle geschaffen wird für eine Klasse, die weder dem reinen Hofrecht noch dem Grafen unterliegt. Jene Einwohner freier Herkunft sahen sich als eigne Körperschaft an gegen jenen höhern Herrn. — Zu dem über sie eingesetzten Gericht hatten sie erst Schöffen aus ihrer Mitte gewählt und dann das ganze Gericht allein besetzt" p. 80 sq. De hominibus regis dicit: Ihre freie Herkunft sicherte ihnen besondere Vorzüge vor den Hörigen; da sie den Gerichtsstand ihrer Geburt ansprechen konnten, sie aber ihrer dinglichen Unfreiheit gemäß unter dem

königlichen Verwalter und Richter der Hörigen standen, — muß dieser schon früh beschränkte Freie ihrer Art zu Beisitzern (Schöffen) gehabt haben p. 76. Huc pertinent quae p. 77 dicit: „Als Bischöfe und Aebte — für ihr Gebiet die Regalien, die Immunität d. h. die Befreiung von allen öffentlichen Leistungen und der Richtergewalt der Grafen und anderer öffentlicher Beamten erwirkten und auch über die in ihren Städten seßhaften Gemeinfreien auszudehnen wußten: entstand so gegen Ende des 10. Jahrhunderts das Weichbild, das „Stadtrecht, der erste Schritt zur Municipalfreiheit.“ (Unter dem Weichbild leben, wahrscheinlich so genannt von den geweihten Heiligenbildern, welche ihren Umkreis bezeichneten, heißt unter das erweiterte Hofrecht gestellt sein, welches eine Wohlthat für die persönlich unfreie, niedere Bevölkerung, eine Herabwürdigung für die zur freien Gemeinde gehörigen war“ p. 143 et 144). Statuit igitur, sicut Hegelius, in civitatibus fuisse liberas communitates, praecipue Coloniae et Ratisbonae, p. 76 et 81, ministeriales, regis aut ecclesiae, servos. „Der Haupttheil, inquit, der Städtebewohner war nicht waffenfähig“ p. 106. Romanos („Römische Bevölkerung“) ne Coloniae quidem aut Ratisbonae certo cognosci posse dicit p. 76. Collegia opificum ex iure curtis orta esse („Die äußere Gliederung der Zünfte entsprang aus der Unfreiheit“ p. 149). Et in universum dicit p. 74 „Die Urgermanische Gemeinfreiheit braucht fast ein halbes Jahrtausend, um als Bruchtheil der Nation in demokratischen Städten Geltung zu erringen, ein volles Jahrtausend um als Ganzheit zur alten Würde zurückzukehren. — Die Entwicklung des Europäischen Gesellschaftszustandes — — förderte sich in Sprüngen, da schroffe Standesunterschiede, Mißbrauch der Privilegien, kirchliche Vorurtheile, thatsächlicher aber ungerechter Besitz ein allmäliches Wachsthum menschenwürdiger Freiheit unmöglich machten. Wie die Deutsche Kirchenverbesserung lehrt die Geschichte der Deutschen Gemeinwesen die Geltung des revolutionären Princips“ p. 85. „Im Verfolg eines — nachhaltigen demokratischen Ringens, das allerdings ein revolutionäres Prin-

cip zum Recht erhob, bildeten sich wirklich in einigen Romanisch=Germanischen Ländern die freien Communen, die Gemeinheitsverfassung der Landeshoheit gegenüber; so gewaltsame Entwicklung, so trotziges Heraustreten vom sogenannten geschichtlichen Boden bezeichnet während des 11., 12. und 13. Jahrhunderts den Aufschwung auch unserer deutschen Städte und findet als Ziel im zweiten Hauptstadium der Entwickelung den Gemeinderath, die Consules nach dem Vorgange Italiens. Semper autem memoria tenendum est secundum Bartholdum, qui in hac re Hegelium l. l. p. 415. 420. 422 sequitur, consules magistratus fuisse hominum inferioris conditionis, communitatis („Vertretung der Gemeinde, der mittlern Bewohnerklasse") p. 242. Praefecti urbium num praecipuum comitum genus aut nihil aliud quam comites pagorum fuerint in obscuro esse affirmat p. 75 sq. Sed addit: „Sicher hatten Städte, die, wie Köln, eine größere freie Gemeinde umschlossen besondere Grafen, bildeten also gleichsam einen Gau für sich." — Ceterum quod autores et fontes quibus usus sit annotare viro doctissimo non placuit magnopere dolendum est. Ad usum, opinor, commodius fuisset; non quo auctoritas Bartholdiana despicienda sit, quae profecto maxima est; attamen in verba eius iurare haud scio an periculosum sit. Namque opus multis nominibus egregium cum anno 1848 vel 1849 scriptum esse nimis cognosci possit vitio haud dubie laborat; neque valet de eo illud Thucydideum „*κτῆμα- ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν ξύγκειται.* Inter omnes quidem satis constat in rebus quae ad politica spectent tractandis animum ab omni partium studio prorsus alienum inveniri nullo modo posse sed prout quisque generatus, educatus, eruditus sit alium aliis hominibus et rebus plus minusve favere. Nihilosecius historicus ut obtrectatione invidiaque, plebis vitiis, quam maxime liberatus nec ira nec gratia teneatur atque iudicium integrum et incorruptum servare sibi semper studeat flagitari nunquam desitum est. Si quis autem studium suum libertatis quod habeat, „die freiheitliche

Tendenz," ut Arnoldi verbo utar, in omnibus rebus ostentare aut ipse sua sponte studet aut quodammodo coactus sit et opinionis vulgi, quae quotidie mutatur, diligentissime vult rationem habere nescio an allucinator magis quam historicus talis putandus sit. Fieri autem potest, ut doctissimus et prudentissimus vir opinione aliqua praeiudicata quominus recte iudicet impediatur, et prorsus perperam et perverse iudicet de iis rebus, quas si non antea mente captus fuisset unus fortasse omnium optime intellexisset. Hominus enim quae cupiunt et factum iri et factum esse credunt. Legentibus vero libros Bartholdi permagna occurrit verborum illorum inanium, quae quotidie satis superque audire possumus, multitudo; quae operi condimento fore haud dubie nec frustra speravit. Ut pauca tantummodo afferam, legimus I. p. 222 „Volkssouveränetät, pfaffenfreundlich, p. 117 politische Mündigkeit, bürgerliches Bewußtsein, Pfaffenkönig, p. 191 der pfäffisch gesinnte Kaiser, p. 234 bürgerliche Mündigkeit, p. 259 unverletzliche Rechte der Bürger," p. 260 sogenannte geschichtliche Grundlage, p. 84, 268; freiheitsmörderisch, p. 98 et 270 vielgliedriges Junkerthum, p. 303 freier Geist des Jahrhunderts, (scilecet duodecimi) p. 307 II. 73 öffentliche Meinung p. 92. 164. 182. 183. 261 et saepissime; der blöde Geist der Gesetzgebung p. 161, Freiheitseifer p. 169, menschenunwürdig" p. 185. Indigna secundum Bartholdum omnes patiuntur, qui domino alicui obediunt, inprimis igitur ministeriales, homines regis omninoque cives antequam consilium (Gemeinderath) nacti sunt. („Der höchste staatsbürgerliche Gedanke, dessen Verwirklichung selbst das neuste Jahrhundert noch fürchtet — jene Gemeinfreiheit bis in die untersten Schichten der Gesellschaft" p. 50). Maxime vir doctissimus clericis favet. Sunt, ut denuo verbis eius utar, „falsche Pfaffen', II. 135 anmaßungsvoll, I. 153. 156. II. 135 zuchtlos, II. p. 94 listig, gewaltthätig I. 156 ränkesüchtig, herrschsüchtig, übermüthig, I. 287 stolz, 259 si nihil aliud aptum esse videtur certe böse" p. 207. 240. At contra memorabili cum observantia et reverentia colit mercatores

(„die Kaufmannswelt, die rührigen Kaufleute") et omnia quae eo spectant. Mercatores et populus apud Bartholdum unum idemque esse p. 253 et publicam opinionem („die öffentliche Meinung" scil. XI. vel XII. sec.) fabricari videntur. Nec enim imperator (der pfäffisch gesinnte Kaiser), nec nobiles (das vielgliedrige Junkerthum), nec clerus (ränkesüchtige Pfaffen) populi sunt. Itaque imperatorem aut clerum magni aestimare supervacaneum est, at contra Fridericus I. (der Ritterkaiser) qui lege sanciret ut mercatores si milites in castris fraudarent tonderentur et vapularent cum honori mercatorum non satis prospexerit vituperatur p. 270.

Omni virum doctissimum observantia qua par est Iudaeos colere non mirum est et recte facit. Bene enim scio summum hodie Iudaeorum studium, amorem, venerationem proprium esse viri exculti et eruditi, quare et ego exempli gr. cum homo excultus et eruditus haberi velim summopere Iudaeos veneror. Sed quod p. 195 et 196 nobis narrat, quod eum secuti alii viri docti et indocti dixerunt, falsum est; dicit enim Iudaeos in urbibus palatinis et episcopalibus eadem iura habuisse christianis atque odium eorum et errorem fanaticum tempore demum expeditionum sacrarum excitatum esse. Imo prorsus non solum apud veteres populos quod ex Iosepho apparet evidentissime (c. Apion. I. 26. II. 14. „Iudaeis et Syris nationibus natis servituti" Cic. de prov. cons.. cap. 5. conf. Tac. histor. V. 4 — 5 et 8. Horat. Sat. I. 7.) verum etiam per totum medium aevum et usque ad nostrum seculum Iudaei omnibus nationibus odiosi et invisi et contempti erant neque usquam iisdem quibus christiani iuribus fruebantur; ideoque etiam saepe omnibus temporibus vexati et pressi sunt. Ut uno tantum exemplo utar: Henrico II. regnante de magna Iudaeorum expulsione Moguntiaci facta legimus. (Annalista Saxo ap. Eccard p. 424). Henricus II. autem ante expeditones sacras vixisse fertur. (Multo rectius Bartholdo de Iudaeis eorumque medio aevo conditione iudicavit iam Huellmannus Städtewesen II. p. 59 — 100.)

Ne multa, ridiculissimum, ut his verbis utar, liberalismum et mercantilismum opus sapit, et multa absurda ac falsa inveniuntur; quae hoc loco demonstrare non licet. Non quo vir tam doctus et prudens imprudentia veris falsa admiscuerit, sed publica opinio et libera temporis indoles („der freie Geist der Zeit") respiciendae erant. Voluit, ut videtur, (conf. praef. p. XI) in rebus municipalibus mercatores („die deutsche Kaufmannswelt") erudire. Itaque opus multis nominibus simile est Mommsenii operi quod inscribitur „Römische Geschichte," ita ut multa quae in universum in censura eius (Verhandlungen der 14. Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner zu Altenburg. Altenburg 1855 p. 50—62) praeclare Gerlachius dixit etiam de Bartholdo valeant.

Bartholdus igitur, cum mercatoribus scriberet et trecentas fere urbes simul respiscere vellet, de singulis civitatibus dicere non potuit. Contra alius vir doctissimus Arnoldus, cum res municipales quomodo adhuc tractandae essent recte cognovisset, de paucis tantum quaestionem instituit accuratiorem. (Verfassungsgeschichte der Deutschen Freistädte im Anschluß an die Verfassungsgeschichte der Stadt Worms I. et II. tom. 1854.) Causa vero qua motus has ipsas septem: Wormatiam, Spiram, Mogontiacum, Argentoratum, Basileam, Ratisbonam, Coloniam sibi elegit, quam quidem affert, probari nequit. Ibi enim potissimum ius municipale (die städtische Verfassung) inde ab initio pure et integre ortum esse („primitiv entwickelt") putat praef. p. VIII.; et cum nec urbes regis nec principum fuissent et solae liberas communitates inde ab initio continuissent: praecipuo nomine urbium liberarum („Freistädte") illas appellatas esse affirmat. Ex notione enim „civitatis publicae" liberam communitatem (altfreie Gemeinde) fuisse concludendum esse ducit p. 16 sq. „In den Urkunden, inquit, am Ende des 11. und Anfang des 12. Jahrhundrts treten nach den Ministerialen überall cives, burgenses, urbani, civitatenses auf. Das sind unsere Altfreien, die stets ihre Standesvorzüge vor den hörigen Handwerkern be-

wahrt haben" p. 69. („In den königlichen Hofstädten entstand erst durch Einwanderungen freier Grundeigenthümer ein eigentliches Bürgerthum. Eine altfreie Gemeinde gab es nicht, nur in den Zinspflichtigen und dem Hofrecht unterworfenen sonst aber persönlich freien, Königsleuten [homines regii] war etwas ähnliches vorhanden.") Interim permirum est quod vir doctissimus liberam communitatem nusquam demonstrare potest. Ne Wormatiae quidem, licet ut ipse dicit (praef. p. XIII.) 1200 epistolas, quae omnes ad historiam Wormatiensem spectarent, collegisset, antiqua libera communitas apparet, et ipse leges Burchardi episcopi, in quibus cum ministeriales, fiscalini, servi ut habitatores urbis commemorentur, antiquorum liberorum nusquam mentio fit, ad omnes urbis habitatores spectare censet I. p. 62. 68. Itaque fuisse liberam communitatem, cum videri nequeat, credere certe cum Arnoldo volumus. De episcopis, quomodo de civitatibus bene meruerint, recte in universum et multo melius Bartholdo indicat. Porro „Wie die Immunität, inquit, überall das erste, so war der Erwerb nutzbarer Regale, Zoll, Münze, Gerichtsgefälle überall das zweite Moment in der Entwicklung der bischöflichen Rechte" p. 23. Et deinde „Die verschiedenen Einwohnerstände, inquit, wurden durch die Ottonischen Privilegien in der That zu einem Ganzen vereinigt, während die alte Immunität dieselben in zwei Parteien geschieden hatte. Die Vereinigung erfolgte aber nicht, wie Eichhorn will, durch eine Ausdehnung der Immunität über die ganze Stadt, sondern umgekehrt durch die Beseitigung des Immunitätsbegriffs, nicht dadurch, daß die Altfreien einem Hofrecht unterworfen sondern, daß Unfreie wieder unter öffentliche Richter gestellt wurden. Auch war die Vereinigung keine so tiefgreifende als Eichhorn annimmt, indem das persönliche Recht der verschiedenen Einwohner getrennt blieb. — Die nächste Folge von der Unterordnung der Einwohner unter eine einzige Gerichtsbarkeit war die, daß auch die Urtheilsfinder aus den zwei Ständen der Ministerialen und Burgensen zusammentreten. Natürlich nur in solchen Städten, die unter eine

bischöfliche Vogtei kamen. In Mainz, Speier, Worms und Straßburg nahmen die bischöflichen Dienstmannen und die Altfreien zugleich als Beisitzer am Stadtgericht Theil. In Köln und Magdeburg dagegen erhielt sich mit der alten Freiheit auch das alte Schöffenthum und dies war auf die Altfreien beschränkt" p. 137. Haec omnia quae de immunitatibus et urbanis eorumque iudiciis disputavit num probanda an improbanda sint et quatenus: infra demum demonstrari potest. De zunftis in universum nihil fere apud eum invenimus quam quod Wilda et Stenzelius dixerunt. „Ebenso, inquit, wie die Vasallen und Dienstmannen als Glieder einer einzigen Ritterschaft sich zu einem besondern Schildesamt (ordo militaris) abschlossen, ebenso traten um dieselbe Zeit die Gewerbtreibenden als Genossen eines und desselben Berufs zu besondern Innungen zusammen" p. 251. Praeterea Weichbild unum idemque esse ac Stadtbild vir doctissimus docet p. 130. Burggravium autem unum idemque esse ac comitem urbanum („der eigenthümliche städtische Richter für Freie") et tales comites initio in episcopalibus tantum civitatibus fuisse ait. p. 122 sq. De magistratibus porro in singulis civitatibus disserit, qua in quaestione id viro doctissimo accidit, ut multo maturius plerumque quam erat consilium inveniat p. 171 sq. Nec vero plura de Arnoldo hoc loco dicere opus est, praesertim cum in censura eius Hegelius, quem infra denuo respiciemus, de multis rebus rectius iudicaverit. (Allgemeine Monatsschrift für Wissenschaft und Literatur 1854. p. 155 sq. Conf. p. 703 sq.) Paucis saltem tangendus videtur liber quem de patriciis C. H. Roth de Schreckenstein scripsit, (das Patriziat in den deutschen Städten, besonders Reichsstädten, als Beitrag zur Geschichte der deutschen Städte und des deutschen Adels. Tübingen 1856), in quo et iustum sincerumque iudicium et ingenii acumen magnum facile cognosci possunt; quamquam ad res singulas quod attinet minus sequi debebat Bartholdum. Inprimis, quod iam de Lancizolle fecerat, urbes plurimas non fabricatas sed paullatim factas esse monet. („Die Mehrzahl der deutschen

Städte ist geworden, man hat sie nicht gegründet, nicht gemacht" p. 3.) Ut Bartholdus I. p. 100. etiam de Sckreckenstein milites illos agrarios, qui ap. Widukind. I. 35. commemorantur, non solos liberos sed diversae conditionis homines fuisse statuit p. 31 sq. („Aus dem Rest der altfreien Bevölkerung, aus Dienstleuten und endlich aus deren mehr oder minder streng gehaltenen Hörigen"). Initio omnes urbes regias urbes fuisse censet. „Ursprünglich, inquit, waren alle Städte königliche. Bald aber erhielten die Bischöfe Verleihung nutzbarer Rechte und Regalien, vermuthlich schon unter den Merovingern. Nach und nach gingen selbst die Rechte des königlichen Privateigenthums an die Bischöfe über, und es fehlte nur noch ein Schritt zur Erwerbung eigentlicher obrigkeitlicher Rechte" p. 54 (innuit privilegia Ottonum). In urbibus palatinis tres communitates fuisse statuit, communitatem liberam, communitatem palatinam, communitatem immunitatis. Deinde, cum ecclesia res privatas regum acquisivisset, communitatem palatinam et communitatem immunitatis unam factam esse. p. 55. Collegia opificum ex iure curtis orta sunt, homines liberi et homines regis postea patricii facti. „Aus den Altfreien, inquit, im Verein mit den Mittelfreien (Königsleuten), aus diesen Burgensen oder Altbürgern entwickelte sich in der Folge das städtische Patriciat. (das Patriciat war keine besondere Adelsstufe, es war weit eher ein in der Regel von Edelleuten ausgeübtes, potenzirtes Bürgerthum)" p. 66. Ceterum et nobiles quoque in urbes migrasse nec usquam urbanos unius ordinis sed diversae conditionis homines fuisse et omnino omnes posteriores ordines ex diversis inter se partibus ortos esse de Schreckenstein sibi persuasum habet. „Alle spätern Stände, inquit, sind aus ungleichen Bestandtheilen zusammengesetzt und mit Resten früherer, zerbröckelter Gruppen untermischt" (p. 70. conf. 63 sq.). Ex iis viris doctis qui non quidem specialiter libris peculiaribus de rebus municipalibus egerunt at occasione oblata rem nostram tetigerunt hoc loco afferre libet Wattenbachium, qui de Romanis incolis et in-

stitutis numquid in civitatibus et omnino per migrationem gentium perduraverint in libro suo egregio quem inscripsit: „Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter (Berlin 1858) sic iudicavit p. 24 et 25: — eine gewaltige Kluft trennt uns von jener Zeit, erfüllt von allem Greuel der Verwüstung und vernichtenden Kriegszügen. Der bebaute Acker birgt Reste von Gebäuden, die mit der sinnvollsten Technik dem Klima gemäß zu behaglicher Bewohnung eingerichtet und mit reichem Schmuck der Kunst ausgestattet waren, aber was blieb außer diesen schwachen Spuren übrig von dem einst so volkreichen und betriebsamen Virunum? In Salzburg fand S. Rupert nur waldbewachsene Ruinen des alten Iuvavum, wilde Thiere hausten in den Räumen der Prachtgebäude. Andere Städte, wie Regensburg und Augsburg, wie Trier, Köln und Mainz, sind bewohnt geblieben, ja man hat geglaubt, daß ganze Römische Stadtgemeinden mit ihrer Verfassung und ihren Obrigkeiten sich hier erhalten hätten. Eitler Traum! Zu gründlich haben unsere Vorfahren hier aufgeräumt; wer durch Reichthum und ansehnliche Stellung hervorragte, fiel als Opfer oder entwich bei Zeiten der Gefahr, einzelne fanden bei den Germanischen Fürsten als Tischgenossen des Königs Aufnahme, aber nur, indem sie den alten Verhältnissen gänzlich entsagten und sich dem Gefolge (der Trocht) des neuen Herrschers anschlossen. Und so wurden auch die übrigen Romanen, so viele ihrer am Leben und im Lande blieben als Hörige, einzelne hin und wieder auch als Volksgenossen in die Gemeinschaft der Einwanderer aufgenommen. In den Grenzlanden, welche schon durch den langen Kampf verödet waren, welche dann die ganze Wucht der hereinbrechenden beutelustigen Heerschaaren traf, mag kaum ein römisch redender Bauer übrig geblieben sein; die Eroberer stürmten mit ihren Gefangenen weiter und ließen das Land verödet hinter sich. Auch war hier schon lange die Bevölkerung großentheils Germanisch. Aber in den Gebirgen des Südrandes finden wir noch nach Jahrhunderten wälsche Bauern erwähnt; wo der überfluthende Strom seine Dämme fand, blieb unter der Herrschaft des Deutschen Kriegers auch

die gewonnene Beute der unterworfenen Bevölkerung. Sie mußte dem neuen Herrn das Feld bauen und ihm dienen mit der sehr willkommenen und geschätzten Arbeit ihrer kunstfertigen Hände."

Nec vero quisquam mea quidem sententia de rebus municipalibus melius meruit aut prudentius disputavit quam K. W. Nitzschius (Vorarbeiten zur Geschichte der Staufischen Periode. Band I. Ministerialität und Bürgerthum im 11. und 12. Jahrhundert. Ein Beitrag zur deutschen Städtegeschichte. Leipzig 1859) qui antiquas liberas communitates „altfreie Gemeinden" quae dicuntur in civitatibus Germanicis fuisse prorsus negat et urbanos aut ministeriales aut censuales aut servos fuisse statuit. Id vero statim hoc loco monendum est hanc viri doctissimi sententiam non tam novam aut prorsus inauditam esse quam ipse putare videtur p. 399. Kindlingerus enim, ut vidimus, iam anno 1790 omnes urbanos clientes (Hörige) initio fuisse contendit (vid. supra). Nec non Zimmermannus a. 1837, tametsi in novis illis urbibus, Saxonicis, quae ad orientem sitae sunt, Henrico imperante liberos consedisse censet, tamen antiquarum urbium (earum quae ad occidentem sitae sunt) habitatores ministeriales, colonos („hofhörige Colonen"), homines regis, servos fuisse dicit (vide supra). Et Leo, licet singulos liberos homines omni tempora in civitatibus nostris fuisse statueret, tamen antiquas liberas communitates perdurasse semper negavit. (conf. Lehrbuch der Universalgeschichte Erste Auflage Halle 1836 tom. II. p. 238 sq. Dritte Auflage 1851 p. 480 sq. — Vorlesungen über die Geschichte des Deutschen Volkes und Reiches tom. II. 1857 p. 34 sq.)

Indicem libri Nitzschiani si legeris seriem diversarum quaestionum singularum haud apte composuisse fortasse videbitur, attamen totum librum accuratius si perlegeris quae disputavit omnia ad tres potissimum partes revocari posse invenies. Loquitur enim et de primordiis rerum municipalium deque incolis qui in urbibus fuerint, (de ministerialibus,

censualibus, servis) et de incrementis rerum municipalium (de primis urbanorum magistratibus praecipue de episcopis, burggraviis, advocatis) et de posteriore civitatum statu ac conditione usque ad annum fere 1250. (de consiliis ceterisque magistratibus quos usque ad illud tempus habuerint cives.) Sane liber quo accuratius legitur eo magis et summa ingenii subtilitas et singularis doctrina autoris cognosci potest. Sed quae fontium est natura, unde harum rerum cognitio haurienda est, fieri non potest quin permulta inveniantur, quae utrum probabiliter sint excussae annon incertus esse possis. De Nitzschio igitur, cum optime de re nostra disseruisse videatur, et quae profert artissime inter se cohaereant, cumque multa ab eo dissentiamus, copiosius paullo nunc loquemur. Et id quidem ita instituemus, ut cum adhuc viri docti quid in universum de rebus municipalibus iudicaverint, simpliciter rettuterimus, nunc etiam quid nobis de his rebus videatur, evidenter appareat. Primum autem ea tantum quae in prioribus duabus, quas fecimus, libri Nitzschiani partibus tractantur spectabimus. Quae tertiae parti attribuimus (de consiliis etc.) et praeterea omnia quae ad rempublicam Coloniensem pertinent in secunda demum et tertia dissertationis nostrae parte iusto loco commemorabuntur. Conf. de Nitzschii opinione Leo Vorlesungen Band III. p. 262 – 298.

VITA.

Natus sum Ernestus Fridericus Maximilianus Lambert, Schoeneckii Borussorum prope Gedanum a. MDCCCXXXV IX ant. Cal. Ian., patre Friderico medicinae doctore et physico Regio, matre Carolina e gente nobilissima de Chagnian, e quibus matrem adhuc in vivis esse laetor. Fidem confiteor evangelicam. Duos annos natus cum parentibus in occidentales Borussiae partes in Borussiam Rhenanam demigravi Marcodurum, ubi pater ad ampliorem provinciam vocatus domicilium suum collocavit. Primis ibi literarum elementis privatim et in ludo publico imbutus Gymnasio Marcodurensi catholico, quod etiam nunc M. Meiringio directore floret, per octo annos usus sum. Praeceptores ibi habui Claessen, Elvenich, Esser, Goebel, Hagen, Klein, Meiring, Ritzefeld, Reinhard, Spengler. Qui omnes magistri ac doctores, quibus illis temporibus usus sum, cum grata recordatione in mente mihi versantur; praecipue autem pio animo mihi colendus est Reinhard, verbi divini ad ecclesiam Luther. minister, praeceptor benevolentissimus et optime de me meritus. — Maturitatis inde testimonio instructus ut studiis historicis, philosophicis, philologicis operam navarem primum in almam universitatem literarum Bonnensem me contuli ibique disserentes audivi viros Ill. hosce: Brandis, Dahlmann, Diez, Iahn, Loebell, Ritschl, Simrock, Welcker. Sodalis etiam aliquamdiu seminarii fui philologici directoribus Ritschl et Welcker et historicis exercitationibus Loebellio magistro per quatuor semestria interfui.

Deinde a. MDCCCLVIII ad universitatem Gryphiswaldensem transii, ubi per unum semestre docentes audivi viros clarissimos: Hertz, Schaefer, Schoemann. Interruptio mox studiorum meorum voluntarium erat militiae munus a. MDCCCLIX a me susceptum, quo inprimis Erfordiae sum functus. Superato eo academiam Fridericianam Halensem cum Vitebergensi consociatam adii eiusque civibus v. ante Idus Maias MDCCCLX adscriptus rectore magnifico Erdmann, decano spectatissimo Gerlach, scholis per biennium interfui historicis et philosophicis horum virorum Illustrissimorum: Leo, Bergk, Bernhardy, Erdmann; magistrum artis paedagogicae colui V. Ill. Kramerum. Quibus omnibus viris clarissimis gratias habeo quam maximas et semper habebo, prae ceteris autem Kramer et Leo quorum non scholis solum verum etiam humanissimis consiliis omnia me debere ingenue confiteor.

Anno NDCCCLXI a Kramero V. Ill. munus mihi praeceptoris in Paedagogio Regio mandatum est, quo munere per annum, usque ad hoc tempus, functus sum.

THESES.

I.

Aego rex non fuit Heraclida.

II.

Ultimus Argivorum rex fuisse videtur Laphaes.

III.

De Coriolani causa ac damnatione quam Niebuhrius proposuit sententiam reiicio.

IV.

Origo Burgundionum Gallicorum a Burgundionibus Orientalibus non deducenda est.

V.

Ministerialitas continuatio comitatuum.

VI.

Apud veteres Germanos non omnes homines liberi aut inter se pares fuere sed diversi apud eos ordines: nobilium, liberorum, servientium inveniuntur.

VII.

Civitates liberas quae dicuntur ad debilitandum et dissolvendum imperium Germanicum valuisse contenditur.